

DECAS PRIMA.

---

# ICONES

Plantarum Syriæ rariorum,

DESCRIPTIONIBUS ET OBSERVATIONIBUS  
ILLUSTRATÆ.

AUTORE JACOBO - JULIANO LA BILLARDIERE. M. D.

---

*Prix 7 liv. 4 s.*

---

LUTETIÆ PARISIORUM,

Impensis Autoris, et prostat venalis apud PREVOST, Augustinorum ripâ.

Typog. Circ. Soc. Gallicæ Comœdiæ viâ. No 4.

---

*Cum Approbatione Acad. Reg. Scient. 1791.*

Digitized by the Internet Archive  
in 2016

<https://archive.org/details/b22463732>

## Præfatio.

*Diversa quæ per Delphinatûs et Sabaudix Alpes itinera , Histõriæ Naturalis et potissimùm rei herbariæ studio susceperam , novos adhuc menti meæ stimulos , novumque ardorem extraneas regiones adeundi intulerunt.*

*Asiæ minoris percurrendi montes , Ammanum primùm aggrediendo , cursumque tenendi usque ad Caspium mare consilium iniveram. Dignoscendi veterùm plantas , quarum , pro parte maximâ obscuræ notiones ad nos pervenere , eas quantum possibile præbendi excolendas in Galliâ , silvarum que istius regionis statum notumfaciendi ex quibus res nostra navalis maximum potuisset commodum percipere , animo intendebam. Alexandriam minorem ad Ammani montis silvas ingrediendum , adire mihi oportebat. Cogitati mei copiam feci domino le Monnier archiatro. hujus celeberrimi naturæ scrutatoris ergâ me amicitix atque desiderio quo ardet in naturalis hitorix incrementum , debeo favorem quo meum propositum excepit. Gratiâ quâ valebat apud D. de Vergennes , pro rebus extraneis regni ministrum usus fuit , ut ad perficiendum meum consilium omnia necessaria mihi concessa fuissent.*

*E Parisiis in Massiliam iter feci 19<sup>o</sup>. mensis novembris 1786. Cum nullus adesset navis in Alexandriam minorem profecturus , trajectum feci in nave versûs Syriam faciente vela 26 februarii 1787 , unde in Alexandriam minorem develi mihi facillimum fuisset. Aliquot dierum spatium stetimus in insulâ Cypri , ubi maximo cum moerore audivi multis abhinc mensibus in Anthiochiâ atque im maximâ parte pagorum per quos mihi fuciendum erat iter , pestem grassari.. Paulo post violentissimè sæviit in Alepo , nonnullosque pagos quos in viâ Alexandria minoris ad hanc urbem invenire est , propemodum ex toto destruxit.*

*Ammanum montem invisendi oblectationem ad annum sequentem remisit:*

sed proposita mea subvertit bellum in quod ingredi Turci coacti fuere.

In Syriam iter habui, obiēdo concursandoque montes ultrā Laodiceam ad mare usque ad Carmelum, loca desertis Syriæ confinia Damascusque petendo. In diei itineris ab hac civitate distantia, versūs Africum, adest Dgebel Cher altus mons nive-perpetuā coopertus versūs cacumen in locis depressis septentrionem spectantibus, quique mihi-raras in botanicā divitias suppeditavit. Peste deterritus Ammanum montem fugeram, hanc tamen nusquam offendendi non me juvit fortuna. A Ptolemaide in Damascus quem, unum abhinc mensem invaserat pestis, nescius proficiscebar. Biduo ab adventu irruit in Capucinatorum Monasterium ubi diversatus eram. In montem Dgebel Cher subito profectus sexto post die cum redibam domui præpositum de medio sustulit. In domini Chabeausseau medici Gallici ædes confugi. Huic invigilaverat per totum morbi decursum, duobusque primis diebus ab ingressu morbi, pulsum exploraverat. A peste tamen fuit immunis, ut et servus ægroti curæ constanter addictus, usque adeo non raro quosdam invenies in quibus felicissimè non adest contagium suscipiendi dispositio.

A Damasco in Libanum discessi per montes, pagum Zaale, Elhadet iter habendo, longior quidem difficiliorque via, sed raris plantis ditior, à Botanicoque imprimis expetenda. Præterea ad Heliopolim aditum præcludebant Metualides. Hanc urbem duce Djedja oppugnare, cum Damasci gubernator, qui hanc habebat in dominio, in Meccam perigrinabatur.

Postea ultrā Laodiceam ad mare, Cassium montem arabice vocatum Dgebel Lacara, inuisi.

Dum in Libano commorabar, novam Astragali gummiferræ speciem observavi de quâ scriptum tradidi Acad. reg. scient. Paris. Quod publicari jussit in suo proximo extraneorum litteratorum volumine.

Hujus montis altitudinem perpendicularem supra maris superficiem, partim Barometri, partim Graphometri ope dimensus fui. Lato jam Barometro ad Masnekiis monasterium cujus altitudinem 712 cum dimi-

dio orgyarum mihi dederat, nivium resolutionem expectabam, illud deferendi causâ in Libani cacumen arabicè Tummel Mezerèb dictum. Fractum fuit antequam huc devenendi advenerit tempestas. Graphometrum felicissimè possidebam, cujus ope altitudinem 779 orgyarum à monasterio Masserkis ad verticem Tummel Mezerèb geometricè agnovi, Summâque factâ inveni altitudinem perpendicularem 1491 cum dimidio orgyanum supra maris superficiem.

In vertice perpetua nives non commorantur, sed illas videre est in montis depressionibus ad septentrionem versis, ubi adversus solis radios ex parte tumentur.

Libani incolæ circa cedros sunt Maronitæ, ultra versus austrum sunt Græci, Curdi, Metualides, Drusi: his dominatur princeps Fou-seph.

Juxta Elhadet post nivium liquationem, Beduini nonnulli tabernacula sua collocant, istique pastores Arabi huc sua conducunt pecora, è quorum proventu vicitant. Lacte potissimè vescuntur.

Hic Maronitæ, illic Græci monasteria condidere, ibique culturae dediti, fructum è locis sibi concessis percipiunt. Ab istis atque ab incolis pagorum excoluntur Zea mays Lin. triticum hibernum Lin. hordeum distichon Lin., panicum miliaceum Lin., cicer arietinum Lin. vitis vinifera Lin.

Hic demetitur mensibus duobus seriùs quam in planitie. Ficum caricam Lin., juglandemque regiam Lin. invenies: in hortis nonnullis pruni armeniacaë Lin. varietatem suavissimam Arabicè Much-Much dictam possident.

Magnum utrisque fructum fert Bombicum aeducatio. Si ante mori alba foliorum exhortum larvæ erumpant, Malvâ rotundifoliâ Lin. vescuntur.

Ibi mella suavissima configunt apes. Alii cedris, alii silvis inter resinosas arbores sua committunt alvearia, mensisque septembris finem versus, ad mellis vindemiam proficiscuntur.

*In planitie excoluntur holcus sorgum Lin, Gossypium herbaceum Lin, etc.*

*Ex antiquis Libani silvis nil superest nisi centum circiter cedrorum conglomeratio quingentis orgyis infra nives perpetuas. Horum septem mole mirandi quorum crassior ex novem pedum diametro.*

*Jam dudum nisi religioso respectu asservarentur, nil ex cedris remaneret: attamen unoquoque anno, transfigurationis nocte, rami nonnulli comburuntur, etenim ad hunc festum celebrandum huc adducuntur Maronita. Torrefactas hinc carnes comedunt, Pyrricham saltant, hilarè que pervigilant noctem. Juxta antiquissimarum arborum truncos sacra faciunt sacerdotes, praecipue que Epulas iniendi occasionem non praetermittunt, nam hinc profusè circumfertur Libani merum.*

*Novarum plantarum insectorumque numerosam quantitatem ex itinere retuli. Rariorum solummodo eminentiorumque Syriae plantarum icones in hoc opere tradendi mihi mens est: earumque numerus non provehetur ultra 50 seu 60.*

---

*EXTRAIT des Registres de l'Académie Royale des Sciences ,  
du 12 Mai 1790.*

L'ACADÉMIE nous a chargés, M. Desfontaines et moi, de lui rendre compte d'un Ouvrage de Botanique qui lui a été présenté par M. de la Billardièrè, Docteur en Médecine, ayant pour titre, *Syriæ Plantæ rariores.*

Cet Ouvrage est la première Décade des Plantes nouvelles que M. de la Billardièrè a découvertes, pendant le voyage de près de deux ans, qu'il a fait dans le Levant, et dont il n'est de retour que depuis très-peu de tems. Cette première Décade doit être suivie de plusieurs autres, que l'Auteur se propose de publier successivement, après les avoir soumises au jugement de l'Académie.

Celle-ci contient les figures et les descriptions de dix espèces de Plantes inconnues aux Botanistes, et que l'Auteur a nommées: *Crucianella capitata*, *Ruta fruticulosa*, *Dianthus Libanotis*, *Prunus prostrata*, *Fontanisia philliræoides*, *Vicia canescens*, *Astragalus hispidus*, *Astragalus emarginatus*, *Astragalus lanatus* et *Exoacantha heterophylla*.

Quoique les figures aient été faites d'après des échantillons desséchés pour l'herbier, cependant elles ont paru rendre la nature avec autant d'exactitude que de grâces.

Chaque dessin représente des rameaux ou des branches, quelquefois même des pieds entiers, avec les fleurs, et presque toujours avec les fruits de chacune des différentes Plantes, ensuite les parties de la fructification ont été disséquées avec soin, et dessinées avec précision, au bas de chaque planche; de sorte qu'il est aisé de se former, en même tems, une idée juste et précise du port de la plante et de son caractère particulier. Cette partie de l'ouvrage fait également honneur au mérite du Botaniste qui l'a dirigée, et aux talens de l'Artiste qui a été chargé de l'exécuter.

Quant à la partie descriptive, qui est en latin, M. de la Billardièrè l'a faite avec autant d'intelligence que d'exactitude. Il a placé, en tête de chaque description, le nom générique auquel il a joint une épithète

qui exprime, le plus souvent, un des caractères distinctifs de l'espèce : il ajoute ensuite une phrase descriptive, composée d'un petit nombre de mots, et qui renferme, pour ainsi dire, l'analyse de la description totale de la plante.

Les descriptions embrassent toutes les parties des végétaux. L'Auteur commence par décrire les racines; il passe successivement aux tiges, aux feuilles, aux fleurs, aux parties de la fructification, et enfin aux semences. Il fait ensuite de courtes observations sur les particularités des plantes; il indique les lieux où elles croissent naturellement, marque leur durée, et donne l'explication des renvois aux figures. Au moyen de l'ordre adopté par M. de la Billardiére, du choix de ses expressions, et sur-tout de l'attention qu'il a eue de se renfermer dans de justes bornes; ce qui est un mérite qu'on trouve trop rarement dans ces sortes d'ouvrages; ses descriptions ne sont ni longues, ni diffuses et ont l'avantage de faire connoître parfaitement les êtres qui en sont l'objet.

Ces plantes nouvelles ont été observées, par l'Auteur, dans les plaines de Syrie, près la ville de Damas, sur le Mont Liban, et quelques-unes, sur le sommet de ces montagnes. La plupart sont intéressantes, par leur port et l'agrément de leurs fleurs. Il n'est pas douteux que si on les transportoit dans ce pays-ci, elles ne puissent aisément s'y acclimater; cet avantage est d'autant moins à dédaigner, qu'en augmentant la somme de nos connoissances et de nos richesses en botanique, ces plantes augmenteroient encore nos ressources agricoles.

Nous croyons donc que les Agriculteurs et les Botanistes sauront gré à M. de la Billardiére, des peines qu'il a prises et des dangers, de plus d'un genre, auxquels il s'est exposé, pour leur procurer la connoissance de ces nouvelles plantes; que son travail ne peut qu'être utile et avantageux aux progrès de la Botanique, et qu'il mérite l'approbation de l'Académie.

Au Louvre, ce 12 Mai 1790. Signés, DESFONTAINES, THOUIN.

Je certifie le présent extrait conforme à l'original et au jugement de l'Académie. A Paris, le 13 Mai 1790. DE CONDORCET.

---



---



---

# FONTANESIA.

## DIANDRIA MONOGYNIA.

*Char. essent. cal.* 4--partitus, inferus, *cor.* petala 2, bipartita, *caps.* membranacea non dehiscens, 2-locularis, loculis 1--spermis.

*Char. natur. cal.* 4--partitus, foliolis obtusis, inferus, minimus, persistens. *Cor.* bipetala, petalis bipartitis, laciniis ovatis obtusis, concavis. *Stam. filamenta* 2 longa, filiformia, unguibus corollæ inserta, *Antherae* oblongæ bisulcæ. *Pystil. germen* ovatum, *Stylus* compressus, staminibus brevior. *Stig.* 2, inflexo-hamata. *Caps.* non dehiscens, subovata, emarginata, compresso-membranacea, centro bilocularis, [rarissimè trilocularis, trilata.] *Sem.* solitaria, oblonga teretia.

## FONTANESIA PHILLIRÆOIDES.

*f.* Foliis ovato-oblongis, utriusque acutis, floribus racemosis.

Caulis frutescens, erectus, altus 12 pedes.

Rami oppositi, erecti, juniores 4-anguli.

Folia sempervirentia, opposita, ovato-oblonga, utrinque acuta, subtus venosa, inferiora ovata, petioli breves geniculati.

Flores racemosi, axillares, flavidi.

---

Habitat in Syriâ, inter Laodiceam ad mare et montem Cassium. 15.

Amicissimi mei Desfontaines, Acad. Reg. Scient. Paris., nomen huic generi præfixi.

---

### Observationes.

Hoc genus ad Jasminorum familiam pertinet. Corolla posset censerî monopetala 4--partita, laciniis 2 profundioribus, etenim fila-

menta sunt inserta corollæ. Itaque, *fraxino*, *chionantho*que affinis. A primo tamen differt fructu biloculari, et à *chionantho* quod fructus sit capsula, non vero drupa.

---

*Explicatio Tabulæ.*

*a.* Ramus fructibus onustus. *b.* Ramus cum floribus. *c.* Flos. *d.* Petalum lente auctum. *e.* Germen cum calice lente aucta. *f.* Fructus. *g.* Fructus ex uno latere apertus. *h.* Fructus transversè sectus. *i.* Semina duo.

---

## EXOACANTHA.

Pentandria digynia. Flores pentapetali superi, dispermi. Umbellatæ. Sectio prima, involucro universali, partialique.

*Char. essent.* *Involucrum* spinosum, *involucella* dimidiata radiis inæqualibus. Flores omnes hermaphroditi, petalis æqualibus, inflexo-cordatis. *Sem.* 2 ovata striata, indè plana.

*Char. natur.* *Umbella universalis* multiplex, patens, radiis interioribus per gradus minoribus, intimis brevissimis. *Partialis* multiplex. *Involucrum universale* radiis sæpius 12, canaliculatis, apice spinosis. *Partiale* dimidiatum, radio intermedio longissimo, radiis involucri consimili. *Calix* vix notabilis. *Corollæ* uniformes, petalis 5 inflexo-cordatis, æqualibus. *Stamina*, filamenta 5 capillaria corollâ longiora. *Antherae* subrotundæ. *Pistillum*, germen inferum, ovatum. *Stili* 2 breviores recti. *Stigmata* 2 simplicia. *Fructus* subovatus, striatus, bipartibilis. *Semina* 2 ovata hinc convexa striata, indè plana.

### EXOACANTHA HETEROPHYLLA.

*E.* Foliis pinnatis, foliolis radicalibus ovatis, dentatis, incis; caulinis lanceolatis acutis.

Radix simplex crassiuscula.

Caulis bipedalis et altior, striatus, subflexuosus, glaber.

Folia pinnata, glabra, foliolis radicalibus ovatis, dentatis incis, caulinis lanceolatis, acutis, sæpius integris, impari longissimo.

Umbella radiis circiter 40. *Umbellulae* radiis totidem subæqualibus.

Involucella radiis 9 -- 11 dimidiatis, inæqualibus. *Centralia* radiis brevibus setaceis. *Circumferentiæ* radiis tribus intermediis, interdum quinque canaliculatis apice spinosis, altero longissimo, radiis involucri consimili.

Petala alba.

Antheræ flavescentes.

Fructus subovatus 10 -- striatus.

Habitat propè Nazareth. ♂.

*Observatio.*

Affinis echinophoræ Lin. ab eâ tamèn differt floribus ecaliculatis, omnibus hermaphroditis, petalis æqualibus, seminibus nudis.

*Explicatio Tabulæ,*

a. Planta junior ut folia radicalia inspiciantur. b. Ramus.

(*Naturali proportione.*)

c. Flos anticè. d. Flos posticè. e. Petalum internè visum. f. Germen cum staminibus et pistillis. g. Germen cum pistillis. h. Stamen unicum.

(*Vitro aucta.*)

---

## CRUCIANELLA CAPITATA.

Tetrandia monogynia. Flores monopetali dicocci superi.

Stellata.

Char. essent. Cor. 1 -- petala , infundibuliformis , tubo filiformi , limbo unguiculato. Cal. 2 -- phyllus. Sem. 2 linearia.

C. Procumbens , suffruticosa , foliis senis sublinearibus , floribus capitatis , quinquefidis.

Radix horizontalis , perennis , robusta ; lignosa.

Caulis palmaris , suffruticosus , debilis infra nudus , rami filiformes.

Folia sæpius sena , ovato-lanceolata , acuta , scabra , lateribus revolutis , in ramis fructificantibus remota , in cæteris approximata.

Flores atri , capitati , alii pedunculati , alii sessiles , involucro monophyllo bipartito 6 -- 7 dentato suffulti.

Florum sessilium. Calix seu bractea 3 - dentata. In floribus pedunculatis. Calix 3 - phyllus inferus foliolis inæqualibus.

Corolla monopetala , infundibuliformis , Limbus 5 -- partitus , laciniis apice unguiculatis inflexis.

Stamina. Filamenta 5 brevissima in tubo , ad oras , inserta. Antheræ oblongæ bisulcæ , atræ.

Pistillum. Germen ovatum compressum , inter calicem et corollam.

Stilus tubo brevior bifidus , cujus pars altera longior. Stigmata 2 capitata , obtusa.

Capsulæ 2 non dehiscentes , connatæ uniloculares.

Semina , solitaria oblonga.

---

Habitat in Libano , versus cacumen. 24

*Observatio.*

In floribus pedunculatis fructum semper immaturum inveni, licet easdem partes sexuales inspicias, ac in floribus sessilibus.

*Explicatio Tabulae.*

1. Planta proportionem naturali. 2. Involucrum. 3. Fructus sessilis cujus corolla clapsa. *b.* ejusdem bractea. *c. c.* Flores 2. laterales pedunculati. 4. Flors pedunculatus vitro auctus. 5. Corolla vitro aucta, fissa longitudinaliter ut stamina cum pistillo inspiciantur.

**RUTA FRUTICULOSA.**

Decandria monogynia. *Flores polypetali aequales.*

*Char. essent. Cal. 5 -- partitus. Petala concava. Receptaculum punctis melliferis 10 cinctum. Caps. lobata.*

*R. Foliis integris, sessilibus, ovato-lanceolatis, ramisque pilosis.*

*Caulis spithameus, fruticulosus, inferne ramosior, ramis pilosis, teretibus.*

*Folia alterna, integra, sessilia, ovato-lanceolata, pilosa, superiora minora, subovata.*

*Calix minimus, 5 -- partitus, persistens, pilosus, dentibus obtusis.*

*Corolla. Petala 5. integra, sessilia, ovata, subconcava, flavida.*

*Stamina. Filamenta 10. basi lanuginosa et dilatata, petalis breviora.*

*Anthera quadrisulca, lutea.*

*Pistillum. Germen gibbum, 5 -- lobum, pilosum. Stylus clavatus, staminibus duplo-longior. Stigma simplex.*

*Capsula 5 -- loba, pilosa, retusa, 5 -- locularis, quinquemariam apice dehiscens, rimis punctisque excavata.*

*Semina pluma reniformia.*

*Observatio.*

Quinta pars numeri partium fructificationis rariùs excluditur.

---

Habitat in Syriâ, propè Damascum. 5.

---

*Explicatio Tabulæ.*

1. Planta proportionè naturali. 2. Flos antice. 3. Flos postice.  
 4. petalum unicum. 5. Stamen unicum vitro auctum. 6. Pistillum  
 vitro auctum, dempto calice. 7. Capsula proportionè naturali.  
 8. Lobus unicus capsulæ. 9. Semina.
- 

## DIANTHUS LIBANOTIS.

Decandria digynia.

*Char. essent. Cal.* cylindricus, 1 - phyllus, basi squamis 4. *petalæ*  
 5. unguiculata. *Caps.* cylindrica 1 -- locularis.

*Sectio \* flores aggregati.*

*D.* Floribus subaggregatis, squamis calycinis senis, acuminatis recurvis, corollis multifido - capillaribus, fauce barbatis, caule erecto.

Radix perennis, subcrassa, subramosa.

Caulis herbaceus, pedalis, erectus.

Folia lanceolata glauca, radicalia obtusa, caulina acuta, recurva.

Flores paniculati, subaggregati.

Calix tubulosus, 5 -- dentatus, striatus, persistens, cinctus basi squamis 6. interdùm 8, rariùs 4, subulatis, inferne dilatatis, membranaceis, calycis tubo paulo brevioribus.

Corolla. Petala 5, multifido-capillaria flavida, infrà limbum interne

pilis raris, punctisque rubris adpersa : unguis calycis longitudine, receptaculo inserti.

Stamina. *Filamenta* 10. filiformia, calice paulo longiora. *Anthera* compressæ, oblongæ, bisulcæ.

Pistillum. *Germen* ovato-oblongum. *Stili* 2. subulati, basi tumidi, vix staminum longitudine. *Stigmata* acuminata, recurva.

Capsula ovato-oblonga, unilocularis, 4-valvis.

Semina plurima compresso-membranacea, imbricata, receptaculo libero, pericarpium ferè longitudine, affixa.

Habitat in altis montibus Libani. 2f

*Explicatio Tabulæ.*

1. 1. Planta naturali proportione.
2. Squama.
3. Calix longitudinaliter fissus.
4. Petalum unicum.
5. Stamina et pistillum.
6. Capsula valvulis usquè ad basim fissis ut receptaculum inspicatur.
7. Semen unicum vitro auctum.

## PRUNUS PROSTRATA.

Icosandria monogynia.

*Char.* essent. *Cal.* 5-fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupa* nux suturis prominulis.

*P.* Pedunculis geminis, foliis ovatis, inciso-serratis, eglandulosis, subtus tomentoso-albicantibus, caule prostrato.

*Prunus* Cretica montana, minima, humifusa, flore suave-rubente.

Tournef. Cor. Inst. R. Herb. 43.

Caulis frutescens, prostratus, ramosior.

Folia ovata , utrinque acuminata , inciso - serrata , eglandulosa ,  
subtus tomentosó-albicantia *Petioli* breves. *Stipulae* lanceolatae.

Flores sæpius gemini axillares subsessiles , purpurascens.

Calix , 1 -- phyllus tubulosus , 5 -- fidus , deciduus , laciniis obtusis  
concavis , intus tomentosó-albicantibus.

Corolla. *Petala* 5 , subrotunda , concava , calicis laciniis alterna ,  
ore tubi inserta.

Stamina. *Filamenta* 20 -- 24 subulata , exserta . calicis lateri interno  
adnata. *Antheræ* suborbiculatae , peltatae , flavescentes.

Pistillum. *Germen* superum , ovatum. *Stilus* teres , staminibus lon-  
gior. *Stigma* orbiculatum.

Drupa ovata , rubra , pulpâ perpaucâ obducta.

Nux ovata , suturis vix prominulis.

---

Habitat in monte Libano , ad altitudinem perpendicularem 1000  
Orgyárum. 15

---

*Observatio.*

Pastores fructum comedunt.

---

*Explicatio Tabulae.*

1. Ramus proportione naturali. 2. Flos antice. 3. Petalum uni-  
cum. 4. Calyx absque petalis , ut ejus dentes , inspiciantur. 5. Calyx  
vitro auctus longitudinaliter fissus , ut stamina germenque , appa-  
reant. 6. Stamen unicum vitro auctum. 7. Drupa proportione na-  
turali. 8. Drupa aperta. 9. Nucleus.

---



# VICIA CANESCENS.

Diadelphia decandria. *Stigma pubescens.*

*Char.* essent. stigma latere inferiore transverse barbatum.

*Sectio* \* *pedunculis elongatis.*

V. Pedunculis elongatis multifloris, foliis superioribus subcirrhosis, stipulis semi-sagittatis integris, foliolis ovali-oblongis, lanugine canescentibus.

*Planta* tota lanugine canescens.

*Caulis* herbaceus, erectus, pedalis et altior, tetragonus, substriatus. *Folia* inferiora impari-pinnata, superiora filamento subcirrhoso. *Foliola* 5—22 aut 23 alterna, alia opposita sessilia, ovato-oblonga. *Stipulae* semi-sagittatae, integrae.

*Flores* laxè spicati secundi, è pedunculo axillari, elongato caerulei. *Calix* subcampanulatus suprà gibbus, dentibus 2. superioribus brevioribus, conniventibus.

*Corolla* papilionacea.

*Vexillum* ovale, apice emarginatum, lateribus reflexum, ungue lato brevi.

*Alae* vexilli longitudine, semicordatae, ungue subfiliformi oblongo.

*Carina* ventriculo compresso, semiorbiculato, alis brevioribus, ungue bipartito, oblongo.

*Stamina.* *Filamenta* subdiadelphia (simplici versus mediam partem connato in vaginam, basi que soluto) *Antherae* erectae, subrotundae, quadrisculae.

*Pistilum.* *Germen* fusiformi-compressum, tomentosum, pedicellatum. *Stilus* filiformis brevior, ad angulum rectum adscendens. *Stigma* obtusum, sub apice transverse barbatum.

Legumen subnaviculare compressum, tomentosum.

Semina 3 -- 4 subrotunda.

Habitat versùs cacumen montis Libani. ☉

*Explicatio Tabulae.*

1. Portio caulis naturali proportione. 2. *a.* vexillum. *b. b.* Alæ.  
*c.* Carina. 3. Calix longitudinaliter fissus ut stamina et pistillum inspiciantur. 4. Stamina. 5. Germen lente auctum. 6. Legumen. 7. Legumen apertum.

## A S T R A G A L U S

### H I S P I D U S.

Diadelphia Decandria. *Legumen subbiloculare.*

*Char.* essent. Legumen biloculare gibbum.

*Sectio \*\* caulibus foliosis, diffusis.*

*A.* Caulescens, procumbens, foliolis leguminibusque ovato-oblongis, hispidis, corollis calice brevioribus.

Radix perennis, simplex.

Caulis herbaceus, procumbens, pilosus, vix semipedalis.

Folia pinnata, *stipulis* integris, ovato-oblongis, hispidis. Foliola 9 -- 11. ovato-oblonga, pilis appressis, rigidis, basi que tuberculatis hispida.

Flores spicati, flavescentes, bracteis lanceolatis hispidis suffulti.

Calix monophyllus, hispidus, ultrà medium 5 -- partitus, laciniis filiformibus longis inæqualibus.

Corolla papilionacea.

Vexillum alis carinâque paulo longius, rectum, lateribus subcompressum.

Alæ semicordatæ , ungue subfiliformi oblongo.

Carina ungue bipartito , ventriculo compresso , acuto , aliis brevior.

Stamina. *Filamenta* diadelpa (simplex et novem fidum) subincurva.  
*Antheræ* subrotundæ.

Pistillum. *Germen* ovato-oblongum , hispidum. *Stilus* longitudine staminum , adscendens. *Stigma* globosum.

Legumen semibiloculare , ovato-oblongum , subcompressum , hispidum.

Semina , perpauca , reniformia.

---

Habitat in Libano. 24

---

*Explicatio Tabulæ.*

1. Planta, naturali proportione. 2. a. Vexillum. b. b. Alæ. c. Carina. 3. Calix suprâ longitudinaliter fissus, ut stamina pistillumque inspiciantur. 4. Legumen. 5. Legumen apertum. 6. Semen unicum.

---

# A S T R A G A L U S

## E M A R G I N A T U S.

Diadelphia Decandria. *Legumen subbiloculare.*

*Char.* essent. legumen biloculare , gibbum.

*Sectio \*\*\* scapo nudo , absquæ caule folioso.*

A. Subcaulis , scapis longissimis , capitulis globosis , leguminibus lanatis.

*Astragalus armenus incanus* , foliorum conjugationibus densissimis.

Tournef. Cor. 29.

*Tragium dioscoridis* , succodus avicennæ. Rauwolf. It. 123. Fig.

Caulis vix ullus , herbaceus.

Folia impari pinnata , spithamea , petiolata , foliolis 43 -- 51 , ovato-oblongis emarginatis , tomentosis. *Stipulæ* ovato - lanceolatæ , emarcidæ.

Scapus longissimus , pubescens , leviter striatus.

Flores globoso-capitati , purpurascens , *bracteis* lanceolatis , pilosis.

Calix monophyllus , tubulatus , pilosus , 5 -- dentatus , suprâ profundius fissus , denticulis superioribus minoribus.

Corolla papilionacea.

Vexillum alis longius , subovatum , oblongum , emarginatum , obtusum , lateribus reflexum.

Alæ carinâ longiores , lanceolatæ , ungue subfiliformi.

Carina ventriculo compresso , acuto , lateribus emarginato , versûs basim fissa.

Stamina. *Filamenta* diadelpha , (simplex et novemfidum) subincurva. *Antheræ* ovatæ.

Pistillum. *Germen* ovato-oblongum , lanatum. *Stilus* subulatus incurvus. *Stigma* obtusum.

Legumen semibiloculare , subovatum , acutum , suprâ depressum , lanâ subrufâ obvolutum.

Semina perpauca subreniformia.

---

Habitat in Libano. 24

---

*Explicatio Tabulæ.*

1. 1. 1. Planta proportione naturali. 2. a. Vexillum expansum  
 b. b. Alæ. c. Carina. 3. Calix suprâ longitudinaliter fissus ut stamina et pistillum videantur. 4. Calix cum pistillo , demptis staminibus et corollâ. 5. Legumen. 6. Legumen valvis separatis.  
 7 Semen.

# ASTRAGALUS

## LANATUS.

Diadelpha decandria. *Legumen biloculare.*

*Char. essent.* Legumen biloculare gibbum.

*Sectio \*\*\* scapo nudo, absque caule folioso.*

*A.* Acaulis scapo nudo, longitudine foliorum, leguminibus densè spicatis, lanatis, semicordatis, triquetris, subulatis, foliis villosis.

Radix simplex, horisontalis, sublignosa, perennis.

Folia radicalia, bipollicaria, impari pinnata, *foliolis* 11 -- 23 ovatis, tomentosis, sessilibus. *Stipulae* lanceolatae externè pilosae.

Scapus adscendens, teres, pilosus, foliorum longitudine.

Flores densè spicati, bracteati, bracteis filiformibus pilosis.

Calix oblongus tubulatus, 5 --- dentatus, pilosus, denticulis superioribus minoribus, in adulto fructu ventricosus, suprâ fissus.

Corolla papilionacea, flavescens.

Vexillum alis carinâque longius ovato-lanceolatum, rectum.

Alae vix carinâ longiores, semicordatae, ungue subfiliformi, oblongo.

Carina ventriculo compresso, acuto, ungue basi fisso.

Stamina. *Filamenta* diadelpha (simplex et novemfidum) subincurva.

*Antherae* subrotundae.

Pistillum. *Germen* ovato-oblongum, lanatum. *Stilus* subulatus adscendens. *Stigma* globosum.

Legumen semicordatum, triquetrum, subulatum, suprâ compressum, lanatum, semibiloculare, bivalve.

Semina pauca reniformia.

---

Habitat in Libano. 24

*Explicatio Tabulae.*

1. Planta florifera, naturali proportione.
  2. Planta fructifera naturali proportione.
  3. *a.* Vexillum. *b. b.* Alæ. *c.* Carina.
  4. Calix suprâ longitudinaliter fissus ut stamina pistillumque inspiciantur.
  5. Calix cum pistillo.
  6. Legumen cum calice.
  7. Legumen apertum.
-



Kuhn del.

*Fontanesia phylliæoides*

Molliere sculp.








Horn - Rabate del

*Exoacantha heterophilla*

Asby sculp





P. J. Ro. Surté del.

*Crucianella capitata.*

W. Swaz sculp.





Hort. Acad. del.

*Ruta fruticulosa*

Malvaere sculp.






Hort. Radoubé del.

*Dianthus libanotis.*

Milan sculp.







P. J. Redouté del.

*Prunus prostrata.*

Sellier sculp.





Hort. Robour del.

*Vicia canescens.*

Stuey sculp.





Her. Rolobé del

*Astragalus hispidus.*

Cuvier sculp.





Hort. Robur del.

*Astragalus emarginatus.*

Voirer sculp.







P. J. Robusé del.

*Astragalus lanatus*

Seller sculp



6.  
*ICONES*

*Plantarum Syriae rariorum,*

*DESCRIPTIONIBUS ET OBSERVATIONIBUS  
ILLUSTRATAE.*

*AUCTORE* JACOBO-JULIANO LA BILLARDIERE. M. D.

---

---

DECAS SECUNDA.

---

---

IMPENSIS AUCTORIS; PROSTAT

PARISIIS, apud PRÉVOST, Augustinorum ripâ.

.... Theophil. Barrois jun. Augustinorum ripâ.

.... Typog. Circ. Soc. Gallicæ Comœdiæ viâ, N<sup>o</sup>.4.

ARGENTORATI .... ARMAND. KœNIG.

TAURINI .... Fratres REYCENDS.

FRANCOFURTI .... VARRENTRAPP et VENNER.

---

---

*Cum Approbatione Acad. Reg. Scient. 1791.*



---

EXTRAIT des Régistres de l'Académie Royale des Sciences ,  
du 11 Mai 1791.

---

Nous avons examiné , par ordre de l'Académie , M. Desfontaines et moi , un ouvrage latin de M. de la Billardiere , Docteur en Médecine , ayant pour titre : *Syriæ plantæ rariores decas 2a.*

M. de la Billardiere a présenté à l'Académie , l'année dernière , la première Décade de cet ouvrage ; elle a mérité son approbation. Depuis , il a fait hommage à la Compagnie de cette même Décade imprimée. Celle dont nous rendons compte aujourd'hui n'est pas moins intéressante que la première : elle contient les descriptions et les figures de dix plantes que l'Auteur a nommées : *Amaryllis montana* , *Cynoglossum Myosotoides* , *Carduus diacantha* , *Xeranthemum frigidum* , *Salsola echinus* , *Campanula virgata* , *Periploca angustifolia juniperus drupacea* , *Anthyllis Tragacanthoides* , *Hypericum alternifolium*.

Toutes ces plantes ont été découvertes par M. de la Billardiere dans les plaines et sur les hautes montagnes de Syrie , pendant le séjour de deux années qu'il a fait dans cette partie du monde. Huit de ces plantes sont nouvelles , n'ayant pas encore été décrites ni figurées par aucun Botaniste ; les deux autres , savoir , le *Cynoglossum Myosotoides* et l'*Anthyllis Tragacanthoides* , étoient déjà connues. Il existe depuis long-tems , dans l'herbier de M. de Jussieu , des échantillons du *Cynoglossum Myosotoides* sous le nom d'*omphalodes Ægyptiaca lithospermi minoris folio et facie*. M. de la Marck , qui a décrit cette même plante dans son Dictionnaire de Botanique , d'après les exemplaires conservés dans l'herbier de M. de Jussieu , l'a nommée *Cynoglossum Lithospermifolium* , en français , Cynoglosse à feuilles de grémil. Cette description , quoiqu'aussi exacte qu'il ait été possible de la faire sur des échantillons secs , est cependant incomplète à

quelques égards. M. de la Billardière , qui a observé la plante en question dans son pays natal , la décrit complètement , indique sa durée , le lieu où elle croit , et joint à cette description une figure très-exacte ; ce qui ne laisse rien à désirer sur l'histoire de cette jolie espèce de Cynoglosse.

*L'anthyllis Tragacanthoides* a été connue , décrite et figurée incomplètement par Rauwolf. Daléchamp et Morison en ont fait mention , mais d'après Rauwolf , dont ils ont même copié la figure. M. de la Billardière donne une description détaillée de cette plante rare et intéressante , avec un dessin qui en rend exactement toutes les parties.

Quant aux huit autres plantes nouvelles , l'Auteur les a décrites avec sa précision et son exactitude ordinaire. Ses figures sont aussi soignées que celles de la première Décade , et ne leur cèdent en rien pour la correction du dessin et le développement des parties de la fructification.

Nous croyons donc que cette seconde Décade qui complète les connoissances acquises et augmente le nombre des plantes connues , est utile aux progrès de la Botanique ; qu'elle sera reçue des Botanistes avec empressement , et qu'elle mérite l'approbation de l'Académie.

Au Louvre , le 11 Mai 1791. Signés , DESFONTAINES , THOUIN.

*Je certifie le présent extrait conforme à l'original et au jugement de l'Académie. A Paris , le 12 Mai 1791. CONDORCET.*

---

---

# AMARYLLIS MONTANA.

Hexandria monogynia. *Flores spathacei seu glumacei.*

*Char. essent. Cor.* 6-petala, campanulata. Stigma 3-fidum.

*A.* Spathâ multiflorâ, foliis lineari-subulatis, petalis alternis mucronatis, genitalibus erectis.

Caulis erectus, subflexuosus, sæpè ramosus, foliosus, vix striatus. Folia lineari-subulata, vaginantia, caulina semi-amplexicaulia, basi membranacea.

Flores paniculati, terminales sæpiùs umbellati.

Spatha polyphilla, foliolis numero florum, lanceolatis, marcescentibus.

Corolla. Petala 6, oblonga, cærulea, tria alterna apice mucronata, cætera obtusa.

Stamina. *Filamenta* 6, filiformia, recta, laciniis corollæ ad ungues inserta, quorum tria breviora petalis mucronatis affixa. *Antheræ* oblongæ 4-sulcæ.

Pistillum. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* filiformis, rectus, staminibus longior. Stigmata 3 recurva.

Capsula ovato-oblonga, inferiè attenuata, vix striata, trilocularis, trivalvis.

Semina plura, ovato-oblonga, atra.

*Habitat in altis montibus Libani. 24*

*Explicatio tabulæ.*

1. 1. Planta. 2. Flos, cujus petala duo secta ut stamina pistillumque inspiciantur. 3. Capsula aperta. 4. Semen. *Omnia naturali portione.*

---



---

## CYNOGLOSSUM MYOSOTOIDES.

Pentandria monogynia. *Flores monopetali , inferi , tetraspermi.*

Asperifoliae.

*Char.* essent. *Cor.* infundibuliformis , fauce clausâ fornicibus. *Semina* depressa , interiore tantùm latere stylo affixa.

*C.* Arillis calathiformibus glabris , striatis , tuberculatis , margine dentatis , foliis pilosis , tuberculosis , integris , radicalibus spatulato-lanceolatis.

Cynoglossum foliis oblongis , pilosis , scabris , caulinis perpaucis , sessilibus , Seminibus umbilicatis , rugoso-sulcatis , lævibus. *La Marck dict. tom. 2. p. 240.*

Caules sæpè plures in eodem cespite , subfiliformes , adscendentes , vix semipedales , pilosi , sæpiùs simplices.

Folia integra , tuberculosa , pilosa , aspera , radicalia petiolata , spatulato-lanceolata , caulina sessilia , lineari-lanceolata.

Flores laxè spicati , pedicellati , erecti , solitarii.

Calix persistens , pilosus , 5-partitus , laciniis subovatis.

Corolla monopetala , infundibuliformis , minima , cærulea , vix calice longior ; *tubus* brevissimus , *limbus* 5-fidus , laciniis rotundatis ; *faux* clausa squamulis 5 , glandulosis , conniventibus.

Stamina. Filamenta 5 , brevissima intrâ tubum. *Antheræ* globosæ.

Pistillum. *Germina* 4. *Stylus* subulatus , persistens. *Stigma* emarginatum.

Arilli 4. calathiformes , ovati , glabri , tuberculati , margine membranaceâ denticulatâ cincti , non dehiscentes , monospermi , immaturi receptaculo pyramidalî tetragono affixi.



Semina totidem complanata , ovata , acuta , glabra.

*Habitat in summo cacumine montis Libani. 24*

*Explicatio tabulæ.*

1. Planta floribus , fructibusque immaturis onusta. 2. Planta fructigera. 3. Flos. 4. Calyx. 5. Corolla fissa et expansa ut stamina , squamulæ que glandulosæ inspiciantur. 6. Fructus. 7. Arillus separatum. 8. Semen. 9. Receptaculum pyramidale. *Omnia proportione naturali.*

## CARDUUS DIACANTHA.

Syngenesia polygamia æqualis. *Capitati.*

*Char. essent. Cal. Ovatus , imbricatus squamis spinosis ; recept. pilosum.*

*Sectio \*\* foliis simplicibus.*

*C. Foliis sessilibus , lanceolatis , subtùs tomentosis , spinis binatis , floribus corymbosis.*

*Caulis bipedalis , rectus , simplex , striatus , tomentosus.*

*Folia lanceolata , subrepanda , margine reflexo , sessilia , subtùs albido - tomentosa , supernè glabra , nervis albido-tomentosis.*

*Spinæ marginales binatæ , rarò ternatæ aut solitariae , inæquales , divergentes , flavidæ ; terminali solitariâ.*

*Flores pauci , corymbosi , pedunculis unifloris , striatis , tomentosis , modò nudis , modò foliolo uno , alterove obvestitis.*

*Calyx communis ovatus , imbricatus , squamis ovato-lanceolatis , pubescentibus , apice in mucronem subulatum , rigidum , longum , spinosum abeunte , inferioribus reflexis.*

Corolla *composita*. Flores flosculosi , omnes hermaphroditi ; flosculi filiformes , supernè dilatati , *limbus* 5 - fidus , violaceus , laciniis subulatis , erectis , inæqualiter fissis.

Stamina. *Filamenta* 5 brevia , filiformia , supernè pilosa ; *antheræ* in cylindrum coalitæ , exsertæ , basi extùs setosæ.

Pistillum. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis , staminibus longiôr , *Stigma* articulatum , subulatum , simplex , rarò bifidum , aut stigmata duo tam arcuè inter se coalita ut sæpiùs unicum efficere videantur.

Semina obversè ovata , glaberrima , fusca. *Pappus* sessilis , leucophæus , plumoso-setosus.

Receptaculum concavum , setosum.

Habitat in Libano. ☉

#### *Observatio.*

Affinis carduo casabonæ *Lin.*; differt spinis binatis , validioribus , floribus pedunculatis , corymbosis , majoribus , nervis foliorum paginâ superiore albido tomentosis.

#### *Explicatio tabulæ.*

1. 1. Planta. 2. Germen cum pappo , flosculoque. 3. Flosculus antheræque longitudinaliter fissæ. 4. Germen cum pappo , demptâ corollâ. 5. Semen. *Omnia naturali proportione.*

---



---

## XERANTHEMUM FRIGIDUM.

Syngenesia polygamia superflua. *Discoidei*.

*Char. essent. Recept. paleaceum. Pappus setaceus. Cal. imbricatus radiatus, radio colorato.*

*Sectio \*\*\* receptaculo nudo, pappo plumoso.*

X. Receptaculo nudo, pappo plumoso, caulibus herbaceis, foliis ovato-oblongis, tomentosis, imbricatis, seminibus pilosis.

Rādix lignosa, perennis.

Caules herbacei, confertissimi, densi, adscendentes, semipalmes.

Folia ovato-oblonga, tomentosa, canescentia, imbricata, appressa, inferiora emarcida, subatra.

Flores in ramis solitarii, terminales.

Calix *communis* imbricatus *squamis* ovato-lanceolatis, membranaceis, niveis, exterioribus ad basim tomentosis, intimis disco longioribus, radium constituentibus.

Corolla *composita*, corollulæ uniformes, omnes hermaphroditæ, monopetalæ, infundibuliformes, limbo 5-fido patulo.

Stamina. *Filamenta* 5 brevia, capillaria. *Anthera* cylindracea, tubulosa, longitudine ferè corollulæ.

Pistillum. *Germen* ovato-oblongum, pilosum. *Stylus* filiformis, vix staminibus longior, *stigmata* duo oblonga.

Semina oblonga, pilosa, pappo plumoso, clavato, niveo coronata.

Receptaculum nudum, planiusculum, punctatum.

*Habitat in Libano atque Corsicâ juxtâ nivem, interruptum fissuras.* 24

*Observatio.*

Hanc plantam ad xeranthemum referre non dubito , licet corollulæ omnes sint hermaphroditæ.

*Explicatio tabulæ.*

1. Planta naturali proportione.

*Figuræ subsequentes vitro auctæ.*

2. Folium. 3. Receptaculum. 4. Calycis squama exterior. 5. Calycis squama interior. 6. Germen cum pappo flosculoque. 7. Corollula , antheraque longitudinaliter fissæ. 8. Germen cum pappo , demptâ corollulâ.

## SALSOLA ECHINUS.

Pentandria digynia. Flores incompleti.

*Char. essent. Cal.* 5-phyllus. *Cor.* nulla. *Caps.* 1-sperma. *Sem.* cochleatum.

*S.* Fruticosa , glabra , foliis subulatis , muticis , spinis divaricatis , floriferis.

Frutex pedalis , ramosissimus , densus ; *rami* erecti , flexuosi , glabri , flavidi ; *spinæ* validæ , axillares , solitariae , unciales , divaricatae , modò simplices , modò ramosæ , floriferæ.

Folia alterna , subulata , mutica , rigidula , glauca , glabra , margine ad basim utrinque membranacea , spinis subtùs adpressa , in adulto rara.

Flores sessiles solitarii , vel glomerati , alii ex ipsismet spinis , alii ex earumdem axillâ. Foliola ternata , subulata , margine membranacea , florem singulum cingentia , inferiore paulo majore.

Calyx pentaphyllus persistens, laciniis membranaceis, acutis, cinctis dorso squamis totidem rotundatis, inæqualibus, membranaceis, scariosis, maturo fructu orbiculatim conniventibus.

Corolla nulla, nisi calycem dicas corollam.

Stamina. *Filamenta* 5 brevia, post antherarum elapsum ad pistilli altitudinem se se extollentia. *Antheræ* pistilli longitudine, hastatæ.

Pistillum. *Germen* ovatum. *Stylus* 1. Compressus, *stigmata* 2 subulata, recurva.

Capsula ovata, membranacea, monosperma, apice appendiculata, basi discedens.

Semen unicum cochleatum.

*Habitat in altis montibus Libani.* ♀

*Explicatio tabulæ.*

1. Rami floribus fructibusque onusti. *Naturali proportione.*
2. Ramulus plantæ junioris.
3. Foliola tria cum flore in centro.
4. Flos junior.
5. Calyx explicatus cum staminibus in centro.
6. Stamen anticè *vitro auctum.*
7. Stamen postice *vitro auctum.*
8. Flos adultus.
9. Calycis lacinia cum squamâ dorsali majore.
10. Calycis lacinia cum squamâ dorsali minore.
11. Capsula cum stylo stigmatibusque.
12. Semen. *Vitro auctum.*

## CAMPANULA VIRGATA.

Pentandria monogynia. *Flores monopetali superi.*

*Char. essent. Cor.* Campanulata, fundo clausa valvulis staminiferis; *stigma* trifidum; *caps.* infera, poris lateralibus dehiscens.

*C.* Ramis virgatis, foliis lanceolatis, utrinque acutis, dentatis, scabrusculis, corollis profundè partitis, floribus binis, sessilibus.

Caulis erectus , striatus , pedalis et altior , vix foliosus , ramis patentibus , virgatis.

Folia radicalia , petiolata , lanceolata , utrinque acuta , dentata ; scabriuscula.

Flores sessiles , remoti , sæpius bini , cærulescentes , bracteâ longitudine germinis suffulti.

Calyx 5-partitus , superus , laciniis acutis.

Corolla monopetala , campanulata , 5-partita , laciniis lanceolatis ; ferè ad basim fissis.

Stamina. *Filamenta* 5 brevia , subulata , basi dilatata , excavataque. *Antheræ* subulatæ , filamentis longiores.

Pistillum. *Germen* inferum , turbinatum , angulatum. *Stylus* filiformis staminibus longior. *Stigma* clavatum , crassiusculum , adultum tripartitum , laciniis reflexis.

Capsula turbinata , angulata , trilocularis , tribus foraminibus lateraliter dehiscentis.

Semina numerosa.

*Habitat in Libano.* ♂

#### *Observatio.*

Hæc planta essentialiter differt à *campanulâ limoniiifoliâ*. *Lin.* quæ eadem est ac campanula orientalis limonii minimi facie. *Tournef. cor. 3.* licet ex linnæanâ descriptione non possit erui an sit ejusdem plantæ mera varietas. Non potui invenire plantam *Tournefortii* ; sed vidi apud *D. de Jussieu* , hujus plantæ iconem inceptam , in quâ flores vix semi-partiti , non verò ferè ad basim , ut in *campanulâ virgatâ*. Hoc sufficit ad differentiam specificam ; cæteroquin folia dentata sunt et scabriuscula.

#### *Explicatio tabulæ.*

1. Planta. 2. Flos. 3. Stamen. 4. Pistillum cum calyce , demptâ corollâ. *Omnia naturali proportione.*

## PERIPLOCA ANGUSTIFOLIA.

Pentandria digynia. *Flores monopetali inferi.*

*Char. essent.* Contorta, nectarium ambiens genitalia, filamenta 5 exerens.

*P. fruticosa*, foliis aveniis, glabris, angusto-lanceolatis, perennantibus, folliculis horizontalibus, basi oppositis.

Caulis frutescens, 3-5-pedalis, erectus, ramosus, interdum apice scandens.

Folia opposita, alia fasciculata, perennantia, avenia, glabra, lanceolata, utrinque acuta, quandoque obtusa, integerrima. *Petioli* breves, tuberculis duobus oppositis suffulti.

Florum panícula axillaris, longitudine foliorum.

Calyx 5-partitus, exiguus, laciniis ovatis, obtusis, adulto fructu deciduus.

Corollâ Monopetalâ, 5-partita, rotata, plana; laciniis oblongis emarginatis, ex alterâ parte productionibus, intus purpurascens, oris pallidè flavis, puncto versùs medium albido, submentoso.

Squamulæ purpurascens subfimbriatæ, (*Nectarium lin.*) inter quas prodeunt filamenta 5 purpurea, arcuata ex laciniarum corollæ sinibus orta. Squamæ 5 villosæ pedicellatæ, intus biloculares germen cingentes. (*Stamina lin.*)

Corpuscula 5 (an stamina?) basi clavata (filamenta) peltæ stylorum subtus affixa, quorum apex fissus, pulverulentus, (antheræ?) in loculis squamarum receptus.

Pistillum. *Germen* minimum, bifidum. *Styli* 2 breves; *stigmata* 2 peltâ carnosâ pentagonâ, corpuscula clavata excipiente, cooperta.

Capsulæ 2 lanceolatæ , acutæ , læves , horisontales , sessiles , basi oppositæ , uniloculares , univalves.

Semina plurima , oblonga , compressa , imbricata , pappo setoso , albo , coronatâ.

*Habitat juxtâ* Laodiceam ad mare et in insulâ Lampedosâ. *Observata* in monte Atlas à D. Desfontaines. *h.*

*Explicatio Tabulæ.*

1. Ramus florifer. 2. Ramus fructibus onustus. 3. Flos anticè. 4. Lacinia duæ corollæ ut inspiciantur filamentum arcuatum à squamulæ purpurascens , *b. b.* Squama pedicellata , *c.* 5. Calyx cum pistillo peltâque carnosâ. *Omnia proportione naturali.* 6. Corpusculum clavatum , *vitro auctum* , cujus clava *a* apex *b.* 7. Capsula *naturali proportione.* 8. Semen cum pappo.

---

## JUNIPERUS DRUPACEA.

Dioecia monadelphia.

*Char. essent. MASC. amenti.* calyx squamæ ; *Cor.* nulla. *Stam.* 3...

*FOEM. Cal.* 3-partitus , *petala* 3. *Styli* 3. *Bacca* 3-sperma , tribus tuberculis calycis inæqualis.

*f.* Foliis ternis , patentibus , acutis , drupâ triplo brevioribus , nuce 3-loculari.

Caulis frutescens , erectus , ramosior , ramis patentibus , ramuli triquetri.

Folia terna , patentia , sessilia , lanceolata , acuta , suprâ lineâ duplici subglauca.

Flores masculos foemineosque non vidi.



Drupa testaceâ , rore glauco adpersa , foliis sæpè triplo longior , magna , subrotunda , tuberculis 6 sæpius 9 retusis angulata , exsculptaque.

Nux subovata , magna , trilocularis , loculis parvis , durissima , supernè lineis tribus excavata ; *nuclei* solitarii , ovato-oblongi , pelliculâ loculorum fundo affixi.

*Habitat in monte Cassio quem Arabes vocant djebel lacara. h.*

*Observatio.*

Hæc est fortè *Juniperus major* Petr. Bellon. *observat. lib. 2 , p. 162 in carol. clus. exotic. libris decem , in-fol.* de quâ sic loquitur.  
 „ In monte Tauro Juniperos majores in cupressi altitudinem as-  
 „ surgentes invenimus , fructu dulci , nucis ferè magnitudine et  
 „ gallæ quodam modo similes , quo indigenæ vescuntur , ut ex  
 „ nucleis hinc indè à nobis in itinere collectis , et ab his qui  
 „ pulpam exederant , abjectis , observabamus. Ii sunt longitudine  
 „ et crassitudine nuclei olivæ , adeo duri , ut solo mallei ictu frangi  
 „ quirent. Inter reliquas arbores in Tauro monte nascentes , post  
 „ cedrum , primas obtinet , perpetuòque viret. Ejus vera delineatio  
 „ et descriptio invenietur in libro cui titulum fecimus *de arboribus*  
 „ *perpetuâ fronde virentibus.* „

Hoc libro consulto , mihi observandum est ut et observat ipse clusius , quæ hactenus vidi Bellonii exemplaria de coniferis , neque delineationem , neque descriptionem *Juniperi majoris* habent.

*Explicatio tabulæ.*

1. Ramus fructibus onustus. 2. Fructus. 3. Nux. 4. Nux transversè sectus. 5. Nucleus. *Omnia naturali proportione.*

---



---

# A N T H Y L L I S

## T R A G A C A N T H O I D E S ,

Diadelphia decandria.

*Char.* essent *Cal.* ventricosus ; *legumen* subrotundum , tectum.

*Sectio \*\* fruticosæ.*

*A.* Fruticosa , foliis pinnatis , tomentosis , petiolis spinescentibus ,  
floribus racemosis.

*Rauwolf it.* 281. *fig. mala.*

Tragacanthæ alterum genus. *Dalech. hist. gen. append. p. 32. vol. 2.*  
*fig. Rauwolfii.*

*Moris. hist. univers. append. sect. 2a. tab. 25. fig. Rauwolfii.*

Caulis fruticosus , spithameus , dumosus.

Folia pinnata , petiolis spinescentibus , tomentosis ; *stipula* integræ.

*Foliola* , 22-32 , ovata , acuta , sessilia , tomentosa.

Flores purpurascens , racemosi , sessiles , pedunculo communi  
axillari , foliis longiore.

Calyx monophyllus , ventricosus , tomentosus , ore 5-dentato ,  
inæquali , persistens , squamâ suffultus , foliolis 2 lateralibus  
stipulacis , filiformibus , tomentosis ; adultus purpureo-venosus.

Corolla papilionacea.

Vexillum reflexo-compressum , alis carinâque vix longius.

Alæ semicordatæ , unguè filiformi , oblongo.

Carina compressa , subincurva , ad basim fissa.

Stamina. *Filamenta* diadelphe , (simplex et novemfidum ,) subincurva

*Antheræ* ovatæ.

Pistillum. *Germen* oblongum , subvillosum. *Stylus* vix staminibus  
longior ; *stigma* globosum.

Legumen subovatum , suprâ depressum , subvillosum , uniloculare ,  
bivalve , calyce inflato tectum.

Semina

Semina 3-4 reniformia.

Habitat in Libano. 5.

*Explicatio tabulae.*

1. Frutex. 2. a. Vexillum. b. b. Alæ, c. carina. 3. Calyx longitudinaliter fissus ut stamina pistillumque inspiciantur. 4. Legumen calyce tectum; a corolla emarcida. 5. Legumen dempto calyce. 6. legumen apertum ut semina videantur. *Omnia naturali proportione.*

## HYPERICUM ALTERNIFOLIUM.

Polyadelphia polyandria.

*Char. essent. Cal. 5-partitus; petala 5. Filamenta multa in 5 phalanges basi connata.*

*Sectio \* pentagyna.*

*H. Floribus pentagynis, calycibus foliaceis, caulè herbaceo, foliis alternis, ovatis, acutis.*

Planta glauca.

Caulis pedalis et ultrà, herbaceus, erectus, simplex aut ramosus; *rami alterni, flexuosi, uniflori.*

Folia alterna, ovata, acuta, crassiuscula, punctis utrinque impressis.

Flores paniculati, in ramis solitarii, terminales.

Calyx monophyllus, vix ultrà medium 5-partitus, laciniis ovatis, acuminatis, basi cinctus squamis foliaceis.

Corolla. *Petala 5 ovata, ex uno latere longè productiora, concava, coriacea; squamis utrinque ad unguem, petala alterna Amplexantibus.*

Stamina. *Filamenta numerosa, capillaria, basi coalita in 5. et ultrà phalanges; antheræ orbiculatæ, peltatæ.*

Pistillum. *Germen* subrotundum ; *styli* 5 , staminum longitudine.

*Stigmata* simplicia , acuta.

Capsula subrotunda 5-ocularis.

Semina plura.

*Crescit in aridis* , juxtà Syriæ desertum. 4

*Explicatio tabulæ.*

1. 1. Partes caulis , quarum altera ætate provector. 2. Flos nondum expansus , ut calycis squamæ foliaceæ inspiciantur. 3. Flos expansus. 4. Petalum. 5. Stamina cum pistillo. *Omnia naturali proportione. Stamen lente auctum.*

---



T. Rodolphi del.

*Amaryllis montana.*

Seller sculp.





3

5

4

6

7

8

9

*Cynoglossum Myosotoides.*

H. J. Meloni del.

Milum sculp.








H. J. Redwood del.

Mulvare sculp.

*Carduus diacantha.*









H. J. Redoute del.

*Salsola echinus.*

Sellier sculp.





H. J. Roebuck del.

*Campanula virgata*.

Figuard sculp







P. J. Redouté del.

*Periploca angustifolia.*

Milneville sculp.





P. J. Robur del

Milani sculp

*Juniperus drupacea.*





P. J. Redouté del.

*Anthyllis Tragacanthoides.*

Marchand sculp.





P. J. Redouté del.

*Hypericum alternifolium.*

Lyons del.

